

(2)

*Imis. Pmis. & D. DD. Cardinalibus Congreg.*  
*Sancti Officij Inquisitionis*

11

*N*ox dolore aliquo animi commotus quid mea doctrina sit a R. P. Dominico Banes antea reprehensa, atque ad hoc Sancti Tribunal delata, nonnulla de multis, qua in eius Commentarijs Theologicis animaduertione digna esse censui, canunc uestro grauissimo Card. H. mi*les*, iudicio discutienda propono. Sed ipsis rationibus adductus, qua me ad meos antea libros de Theologia subiendos impulerant. Tunc enim illos propterea susperoram quid cuperem. Saretius non modo qui secundum sacculo, sed si qui in posteru existerent, tela extorquen de manibus, ac uelut materiam substrahi, qua ut solent ad errorum suorum fundamenta iacienda. At vir alioquin doctus, ac prius Banes ipsis sententia, quibus illi ipsis loquendi formulis sapius utitur. Nam ut pauca de multis attingam. Lutherani et Calvinistæ, Orthodoxa religionis Soter, rerum creataru actionibus creditur, etiam Angelica ipsius, atq. Humana voluntatis quandoam Dei præmotionem ita ex se efficacem (ut ipsi loquuntur, attribuunt, ut neq; aliam voluntas elicere actionem queat, nisi eam, ad quam efficaciter præmouetur a Deo, neq; quoniam eam elicit, recusat). At Banes idem assert, ut in eius proportionibus clariss ostendetur: nisi quid eam præmotionem etiam (quod peius est) determinationem appellat. Hoc igitur quasi fundamento posito adiungunt Saretici primi quidem propterea Deum totalem esse honestarum actionum causam, quia voluntas ut ipsi autem a Deo efficaciter determinata, necessario agit, ita ut non agere nequeat. Candom Dei prouidentiam suum semper asequi finem in mediocritate, quia debet, quia scilicet media voluntas impedire non potest: deinde vero eundem esse Deum seculum auctorem. Si quidem, ut aiunt, efficaciter præmouet, ad determinat ad peccandum. Jam vero nonne idem sentire uidetur Banes, tum quum Deum efficacitate sui auxiliij, ac præmotionis ita voluntatem determinat docet, ut illi motum aduersari non possit, tum quum Deum et esse

laudandarū actionū totalem causam, atq; adaequatam affirmat, diuinam prouid  
tiā intusēcē requirere assecutionem finis, ita tēius media īpēdīri non  
possint, ut ex eius propositionibus 2<sup>a</sup>. 4<sup>a</sup>. 7<sup>a</sup>. et 8<sup>a</sup>. aperte constabit; et uer  
ad malos actus pro materiali voluntatem a Deo determinari, quod profecto  
causam esse peccati ut propositione q<sup>a</sup>. patefiet. Neq; uero aliud heretici uolue  
quum ne ipsum quidem Deum peccare dicant, aut opinentur, neq; directē ma  
tiam intendere, sed suo concursu voluntatem ad actiones determinare, qua  
uidelicet determinationem malitia necessario consequatur. Ex his quoq; Ban  
infert negationem diuinī auxiliū efficacis causam esse non conversionis in De  
atq; aliarū eiusmodi omissionum, ut ex eius propositione 3<sup>a</sup>. et 5<sup>a</sup>. planū fiet.  
Denig, ut ceterā pratermittam, si dīne heretici consequenter docent voluntate  
affectionē eiusmodi Dei motione, dum ab ea ita determinata operatur, ut ei refe  
gari non possit, liberam quidem esse a coactione, non tamen a necessitate, cum aliter  
agere non queat, etiam si spontē, ac suauiter agat; Banes quoq; propositione  
6<sup>a</sup>. re ipsa ex uita determinationis tollit indifferentiam voluntatis, in qu  
indifferentia eius libertas uera consistit. Et quāquam in sensu composito,  
est, posita illa determinatione non alium illi tribuit agendi modum, nisi spon  
neum, et suauem, uerius ita necessariū, ut neq; aliter agere queat, neq; ne  
operari, neq; a Dei motione dissentire, neq; eidem non consentire: Laetament  
berum arbitriū tolli negat. Quocirca uerbo quidem ab hereticis differt, sed  
Quēra idem ponit, quod ab hereticis constitutum. Venuntamenū ad unguem  
res expendatur, magis propriē loquuntur heretici, quippe qui negent libertat  
qua necessitate careat, eam esse, qua posita Dei efficaci motione, neq; illi refe  
gari possit, neq; non consentire: quod tamen omnes Patres tradunt, atq; Her  
doctores, ut constat ex Censura propositionis 6<sup>a</sup>. Ctenim, ut aiebat lnn  
scientis in ijs, quā ante mille annos ad Constantinū quendam scriptit, cu  
uerba refert Tertianus lib. 4<sup>o</sup> contra Magdeburg. cap. 2. Ergo, inquit, iu  
tas est homo asserens de arbitriū libertate & omnī in una tantū parte eligend  
dabam

datam esse licentiam! quare electionem nominet, ubi unam tantum partem assent  
 fuisse concessam? Huc accedit, quod ipsam omnino sacerdotum, et Canonicorum librorum  
 testimonij abutitur Banes, quibus abutuntur Earetrici. prud quod Eis propositionibus  
 ex eius viri doctrina de promptis sacrosancti Concilij Tridentini decreta debilitatur  
 quae ipse tamen longe aliter, atq; in aliam sententiam detorquet, quam eius Synodi  
 Latum consilium, atq; intentio patiatur. Nec enim ita explicatis Concilij decretis de-  
 prauatae Earetricorum opiniones confutarentur, neq; illorum execrandi damnarentur  
 errores. prae res planè Bulla 2ij 4<sup>ti</sup> Pontificis Maximi aduersatur, quae est  
 super confirmatione eiudem documenti generalis Concilij adita ann. 1563. ut  
 Pontifex Ad evitandum, ut ipse ait, pervercionem, et confusione, quae oīi  
 potest, si vniuersitatem prout ei liberet in decreta Concilij Commentarios, et interpre-  
 tationes suas edere Apostolica auctoritate inhibet, ne quis sine sua auctoritate  
 ullos Commentarios, glossas, annotationes, Scholia, ultimum omnino interpretationis  
 genus super ipsius Concilij decretis quoque modo edere audeat et quare  
 dubitari non potest quin, qui ita illa sit interpretatus contra Concilij mentem, ut  
 in Censura eius propositionum ostendetur, in poenam ibi constitutam latre sententia  
 excommunicationis inciderit. Supplex igitur ors, atq; obsecro, Ill<sup>m</sup> ac Sapientiss.  
 Judicis, ut etriusq; nostrum sententijs decurate persensis, verbisq; Dominicini  
 Banes cum Earetricorum dictis collatis, quae nimisq; Censura paucis peribungentur  
 et inseparato deinde scripto collecta fusiis exhibebuntur, quam ea cum Earetricorum  
 doctrina congruant, nostra vero oricissim quam bene cum Concilij Trid. con-  
 ueniant, consideretis. Haec tamen, ac reliqua omnia, quae vel ad hanc scripti  
 vel scripturam sum in posteru, s<sup>ta</sup> Romane, atq; Catholicæ Ecclesiæ iudicio  
 ut æquum est, demissæ subjicio. et



*N*onnullas propositiones  
quæ in eius Commentarijs in pam partem et  
in 2am 2da S. Thomæ notata sunt

### Pa Propositio

#### Censura

*D*e facto posset aliquis probabiliter sustinere, quod accidentia in sacramento Altaris exis-  
tant per modum substantiae cum existentia, quæ antea fuerat in substantia. Ita Do-  
minicus Banes in 2am edit. po partis q. 4. ar. 2. dub. 2. ad 3m arg. uers. At vero.  
quam propositionem in priori editione po partis impliciter, et absolute docuerat;  
in posteriori vero addens probabiliter sustineri posse illam quodammodo retractauit,  
ut bene notauit Suarius disput. 49. Eucharist. sect. q. dicto 2. uers. Sed quare,  
et Eniquez lib. 8. de Eucharist. cap. 23. littera x.

#### Censura

*H*ac propositio iudicata est erronea a viris doctissimis, qui Romæ Joannis Pici Mirandu-  
lani propositiones notarunt, ut ipse Picus scriptum reliquit q. g. sua Apolog. qui omnes  
tum Episcopi, tum sacra Theologia, ac utriusq. Juris professores fuere, ac Innocentij  
8*i*. summi Pontificis iusne, ut ex Alexandri Sexti Breui in fine illius Apologia  
impressa constat, in Pici propositiones animaduerterit. Quam ob causam Picus  
ipse nunguam eam Propositionem de sacramento Eucharistie, ut illud de facto xpus  
instituit, et credit Ecclesia tueri, ausus est, in quo, inquit Picus, concorditer tene-  
tur ab Ecclesia, quod nihil panis remanet. Et in fine quasti cœta errorium censet  
asserere necesse esse, ut existentia, seu esse panis remaneat. At hoc ipsum, quod  
Picus, et viri illi doctissimi erroneous iudicarunt, non modo affirmat Banes, sed  
necessaria consequentia sequi docet, et eandem loco supra citato, vocat consequen-  
tiam evidentem, ex quibus efficitur ut sit eius opinio, et Joannis Pici, et illorum

omnium Doctorum, qui Innocentij octauo iusme Pici propositiones notarunt, suffragis  
eonea sit iudicanda.

Eandem sententiam Paludanus gerantibus, ac nobilis Thomista in 4<sup>o</sup> sent. dist. 12  
impossibilem iudicauit, ac iure opino refutauit. Ex recentioribus Suarius dispe  
49. de Luchar. sect. 4. q<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup> uer<sup>o</sup>. Sed quare. Ego, inquit, cum multum de ea  
cogitauerim, nunguam in eam sententia adduci potui, ut crederem eam opinionem  
esse probabilem, immo nec tollerabilem in Theologia. Et cum plures etiam, eos  
tamen de hac re consuluerim, neminem aliter sentientem inueni. Tumelius uero  
parte q. 4. ar. 2. q. sua 4<sup>a</sup> in solutione ad 3<sup>m</sup> referens sententiam Ban<sup>e</sup>s, et  
ba: Hoc, inquit, Theologi sunt, qui credant conservari existentiam panis in  
eius substantia est id suadent ex uerbis 1<sup>o</sup>. No: est. Verum qui ita loquuntur  
contrarie debuissent: allucinantur enim, non intelligunt. R. Roma: et infra  
tendit esse contra Concilium Tridentinum. Praterea cum hac sententia Dominicus Ban<sup>e</sup>s  
in Salmanticensi Academia, non absq<sup>ue</sup> gravi Doctori offensione, et scandalo de  
deret contra eam, tamquam propositionem Egregiam, et a Concilio Tridentino damnata  
tum alij, tum praeceps iri Doctorius Ludovicus Legionen Augustinianus  
disputarunt, quem Ban<sup>e</sup>s intinxans loco supra citato, sophisticum argumentatum  
appellauit, cui bene respondet Tumelius ubi supra, non esse sophisticum argum  
tatem, qui sequitur verba, et sensu Concilij Tridentini, et certe post Concilium Tridentini.  
doctrina Dominici Ban<sup>e</sup>s non solum est scandalosa, et periculosa in fide, ad  
planum errorea, ac sententijs Egregiorum nobis temperbatis plurimum favens, et  
contra expressam sententiam Concilij Tridentini sess. 13. can. 2. cuius Egregii sunt, si  
negarent mirabilem illam, et singularē conversionem totius substantię par  
in corpus, et totius substantię uini in sanguinem manentibus dum taxat ipsa  
panis, et pani, Anatesma sit, ubi Concilio illis uerbis, totius substantię panis, et  
totius substantię uini, proculdubio comprehendit quidquid substantiale est in  
et uino, oportet definit conuerti, ac proinde nihil substantiale remaneat  
ergo

Ergo existentia, quae ratio substantialis est, ut potest, qua substantialiter perficitur ipsa substantia, nullo modo superesse potest ad substantiam accidentia. Quare iure optimo adiunxit illa uerba *Cone<sup>m</sup>* (totius substantiae panis, et totius substantiae vini) licet antiquiora contilia, Romanum scilicet contra Berengariu, Lateranense, Constantiense, et Florentinu solum definivisset conuenti substantia: Nimiru, quia declarare uoluit, quidquid实质iale est in pane, et in vino, id totum desinere esse, et conuenit: Neq; enim iure conuersio totius substantiae dicerebatur, si existentia substantiae panis remaneret, quemadmodu uere, au proprie dii non potest totam substantiam dominis esse in uerbo, quamvis in eost sit tota dominis natura, quia in eo non est substantia dominis creata; quae ratio quodam substantialis est, non magis intus in ipsa dominis substantia inclusa, quam existentia <sup>in</sup> panis in substantia. p. id aperte conciliu expressit, cum adiunxit (manentibus dum capat speciebus) id est accidentibus, sic enim uocem speciebus, interpretatur conciliu (boniense parte) cap. is. et DD. Theolog. Huius ergo manet, propter accidentia. Non igitur remanet existentia substantiae: Nam si ipse remaneret, non remaneret dum capat species, et accidentia, ut definitum est a *Cone<sup>m</sup>*.

Neq; illud dominicu <sup>remanere</sup> Banis effugium, *Cone<sup>m</sup>* scilicet, cum definitum accidentia remanere, definituisse etiam cum existentia; eius sententia ab errore vindicat: Si quidem aliud est, accidentia remanere cum existentia sua accidentaliter, aliud cum existentia substantiae. Pm enim verum est, 2<sup>m</sup> falsum, ac prorsus erroneu. Neq; uero illo modo probabili dicenda est illa sententia, quae affirmat eandem esse uerius existentiam, cum manifeste repugnet definitioni, sententia conciliu. Huius. Hec illud apionta a Catholicis ueritate plurimi abhorrens, ferendum est, quod in Theologoru scholas Banis conatur inuidere, quicquid nimiru ex aliquo principio, quod in priuatu probable existimetur necessaria consequentia deducitur in Theologia, id etiam a Theologis probable habendum esse: nam ex hoc pluima contra ueritatem, et fidem Catholicam sequerentur, quae mox explicabimus.

- 1º. Sequeretur, cum in philosophia plerique Thomistarū afferant formam esse ipsam existentiam materię, ac totius compositi, et propterea etiam accidentiū; cōtempnū in Theologia auferere posse formam panis in Eucharistia remanere, tribuendo ex istis speciebus, quod est hereticum.
- 2º. qui in Philosophia probabiliter afferunt, quantitatem non distingui a materia, probabiliter etiam in Theologia auferre possent remanere materię panis, quod est hereticum.
- 3º. qui maiori probabilitate affirnant in Metaphysicis existentiam panis, ac ipsa esse ipsam entitatem, et substantiam panis. Eoc eodem Banes apionatae, affirment, relinquī substantiam panis in Eucharistia, ut per eam existant accidentia: quo propositiones omnes tangit heretici a Conciliis sunt damnatae.
- 4º. Si in Mysterio Incarnationis eodem Banes apionati uteremur, fieret, ut qui probabiliter censerent in Humanitate Christi existentiā a substantia creatuā non distingui; Cādem probabilitati censere possent substantiam remanere, non ut illam substat̄ Humanitas, sed ut existant ipsa, et accidentia, et cōtempnū quo Banes Concilij Antī definitionem eludit, possent Conciliorū definitionē cludere, que de fide stabunt non remanere ullam creatam substantiam, cluderent autem tū dicerent substantiam creatam remanere, non ut termini Humanitatem, sed ut det existere ipsi Humanitati, et accidentibus. Et certe in plurimis, ac praecepsis saeva Theologia materijs multa necessariō falsa, et contradicent, si semel Eoc principiū, et apionata, quod nobis Banes intruivit, scolis recuperetur, quicquid nimirū probabili ratione dicatur in philosophia id etiam in Theologia probabilem habendum esse: Cum contra potius omniū sint apionata ex philosophia eliminanda, que Theologici veritatis, et Conciliorū definitionibus non consentiunt.

Secunda

## Secunda Proposition.

49

Aliqui existimant collationem diuini auxilij efficacis, non esse causam ad agnatam conuersionis in Deum, quia non est causa sola, ex quod simul concunit liberi arbitrii cum diuino auxilio. Et ergo solutio quibundam Theologis valde placet, nobis tamen placere non potest. Ita Barnes p. 2. par. q. 23. ar. 3. dub. 3. post conclus. io. ad 6<sup>m</sup>. argumentum uers. At uero, ergo contraria propositione illi placet, quae affimat collationem diuini auxilij efficacis esse causam ad agnatam, et eadem conuersionis in Deum. Ratione uero huius propositionis ibidem assignat eis uerbis, quia ipsam concurrentia liberi arbitrij effectus est necessario consequens necessitate consequentiae ex diuini auxilio efficaci, et infra quia ipsemet Deus sua miseratione efficaciter Domini voluntatem conuertit ad se et.

## CENSURA.

Hac doctrina parum, aut nihil differre uidetur ab Haresi Caluini asserentis Deum solum esse causam nostre conuersionis, et liberum arbitrii nullam causalitatem habere, ut liquet ex uerbis Calutni apud Quardum ar. 7<sup>o</sup> in responce ad argumenta Caluini pag. 240. col. 2<sup>a</sup> in editione Coloniensi ann. 1582. ubi reprehendit eos, qui concedunt voluntatem conuerti, ut tamen preparata, inquit ille, uas deinde in agendo habeat partes quemadmodum docet Aug. Postea ab Aug. sententia recedens, eam sic refellit: Sed quia reformata opus est domini, hoc perperam domini tribuitur quod gratiae praeuenienti predinequa voluntate obsequatur; Et paullo inferius ex Caluino refert Quardus ergo uerba, voluntatem mouet gratia, non qualiter multis equalis traditi est, et crediti, ut nosque postea sit electionis motioni aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo et ubi ex Physica efficacia diuini concursum colligit voluntatem non ita moveri, ut sit in eius potestate obtemperare, aut refragari. pagina uero 242. col. 2. ad finem ergo refert Quardus ex Caluino

refutant' Patres Concilij Tridentini respondent, inquit, an qui efficit in nobis uelle, in  
plericiter uoluntatem adiuuet. Paulus totum Deo iudicat: isti nihil, propter adm  
inieculū acceptum ferunt, sed in quo Eominem Deo sociū adiungunt etc pag. 246.  
col. 2 ad fin. In eo, inquit Caluinus Gallucinantur, quod motū nobis offerunt som  
niant, qui medium electionem nobis relinquat: nihil autem de efficacia illa  
cogitant, qua cor Eomini renovatur etc pag. na. deniq. 248. col. p. initio. Hæc si  
summa, inquit Caluinus, perperam eos facere, qui tū inter Deum, et nos pa  
tiuntur, ut obedientiam pia voluntatis, que Dei gratia assentitur ad no  
transcribant cum proprio sit ipsius Dei opus. Hæc et similia cap. repetit  
Caluinus pag. sequenti. Ipse vero Baneus pag. 240. col. p. colligens Caluini  
sententiam ait, ipsum uelle liberi arbitrii a gratia Dei actum nihil sua  
uitute agere, et doctores ecclesiasticos doctrinam scripturę dimidia ex parti  
cum Philosophia conciliare eō quod aliquid tribuunt libero arbitrio in operib  
salutis, ac propterea eos reprehendere. Alia refutat Stapletonius lib. ii. de in  
tificatione cap. 7. ex eodem Caluino lib. 3. institutionum cap. 23. sect. p.  
ubi circa illa Apostoli verba, cui uult miserebatur, et quem uult indurat, hi  
ait: lo admonemur nihil cause querere extra eius uoluntatem sibi et De  
ergo cum Caluino aperte conspirare uidetur Dominicus Baneus, cum repren  
negantes Deum esse causam solam, et ad aquatam conuerionis, imo et eadem  
ubuntur ambo fundamento, ut ex uerbis utriusq. supra citatis per prius  
colligitur. Igitur si ex utriusq. sententia efficacia diuini auxiliij concursu  
efficaciam non erit alia causa conuerionis. Nam causa ad aquata, et si  
quamlibet aliam causam excludit, atq; ideo uoluntas onullo modo erit cau  
conuerionis, quia uidelicet ipsa efficientia uoluntatis est solius Dei effi  
auxilio effici, ita uoluntatem determinans ad conuerionem, ut in sent  
composito non possit dissentire, ut ipse Baneus affirmat loci infra citandi  
proposito. Quod plim contendunt Caluinus, et alii heretici cum no

75

negent voluntatem actiū concurrens ad tuos actus eoz p̄fici producere, ut  
de Caluino, et alijs docet Bellaminus lib. 6. de libero arb. cap. 9. vers. <sup>secundo</sup> 10. do-  
cent; quare ideo Deum solum asserunt esse causam actus voluntatis, quoniam  
licet voluntas actiū concurrat, ita tamen determinata concurrit, ut Dei motione,  
quæ efficaciter illi actum operatur refugari non possit, ut patet ex verbis Cal-  
uini supra citatis, et multis alijs, quos refert Ruadus illo art. 7. in respons. e.  
ad argumenta Caluini.

Contra hanc Caluini, et Barnes doctrinam est expressa definitio Concilij Trid. sen. 6. cap. 5.  
In quo habetur homines per excitantem, et adiuuantem gratiam disponi ad con-  
uertendum se, assentiendo, et cooperando eidem gratia, ipsum hominem agere  
inspirationem recipientem, atq; ita agere ut ipsam abjecere possit, et can. 4. dam-  
nantur sub anathemati, qui divergent liberum arbitriū a Deo motum nihil co-  
operari assentiendo Deo excitanti, quo se disponat, ac preparat ad justificationis  
gratiam, nec posse dissentire si uelit. Ergo si liberum arbitriū ex sententia, et  
definitione Concilij cooperatur assentiendo gratia, atq; ita agit, ut inspirationem  
abjecere possit, et dissentire si uelit. Qui non poterit collationem auxiliij efficacis  
esse solam causam, et ad aquatam assentis, et conversionis, nec liberum arbitrium  
ab ea causalitate prorsus excludi.

Hanc fidei veritatem Concilij Trid. illo cap. 5. probat ex illis verbis Iacobæ p. Con-  
uerstini ad me, et ego conuerter ad uos. quibus similia sunt illa Joeli p. Conuer-  
stini ad me in toto corde uestro. Ezechiel. 18. Facite uobis cor nouū, et 36. Fauim,  
ut in praecptis meis ambuletis. De quo et mulier alijs fuit Augustinus toto libro  
de gratia, et libero arbitrio, et ex recentioribus copiose Bellarm. lib. 6. de libero  
arbitrio cap. 10. quibus protermis est unum tantum refutam testimonium ex  
p. ad Corintos. 15. quod eleganter urget Bernardus tract. de gratia, et libero  
arb. non longe à fine. Paulus inquit, cum bona plurima, quæ per seipsum Deus  
fecerat, enarrasset: Non autem ego, ait, sed gratia Dei meum, potuit dicere

præme: Sed quia minus erat maluit dicere mecum, præsumens se non solum operari  
ministri per effectum, sed et operantis quodammodo sociū per consentum,  
infra. Vtitur scilicet Deus Angelis, et hominibus bona voluntatis, tanquam  
coadiutoribus, et Comilitonibus suis. unde Paulus de se. suiq; similibus audiat  
pronunciat, coadiutores enim Dei sumus & ad fonte. 3. Itaque Deus homi  
benigne merita contribuit, ubi per ipsum, et cum ipso boni quidpiam operari  
granter instituit. Hinc coadiutores Dei, et cooperatores spiritus Sancti, pro  
citores regni nos esse presumimus, quod per consentum utiq; voluntarium  
divina voluntati coniungimur. et paulo inferior, Ista scilicet gratia libe  
ravit arbitrii, cum seminat cogitabū, sanat, cum immutat affectum;  
ut producat ad actum seruat, ne sentiat defectū; Si autem ista cum liberū  
operatur, ut tantum illud in p. præueniat, in ceteris comiteatur; Ad hoc utiq;  
præueniens, ut iam tibi deinceps coopereatur, Ista tamen, quod a sola gratia  
cooptum est, pariter ab utroq; perficitur, ut mixtim, non rigillatim; simul, non  
uccissim pertingulos prefectus operentur, non partim gratia, parom liberū  
trū, sed totum singula opere individus peragunt; totum quidem Eoc, t.  
illa; sed ut totum in illo, sic totum ex illa. Redimius placere lectori, quod  
a sensu Apostoli nunquam recedimus. Hæc Bernardus I<sup>us</sup>. August<sup>us</sup>. lib. deg  
bia, et libero arb<sup>e</sup>. cap. 5<sup>o</sup>. eundem locum applicans; Non ego, inquit, sed gr  
atiæ Dei meū, id est non solus, sed gratia Dei mecum, ac per Eoc ne gratia Dei sola  
nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Quid clarius ad ostendendum. Deum  
non esse causam voluntatis, et adiquatam? quod ualde confirmat illud sapiens  
Misterium de coelis sanctis truis, ut meū sit, et meū labore ut vnde optimus  
Celerinus Papa Epistola ad Gallos cap. ii. Nos cooperatores gratiæ Dei app  
Aug<sup>us</sup>. de peccatorum meritis, et remissione cap. 5<sup>o</sup>. pulchre in hanc sententia  
expendit illud psal. 28. Adiutor meus es tu, ne derelinquas me! Adiutor, in  
noster Deus dicitur, nec adiuuani potest, nisi qui etiam aliquid sponte co  
quia

quid non ticut in lapidibus insensatis, aut ticut in eis, in quoru natura oratione,  
voluntatemq non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis lib. 2. contra  
2<sup>o</sup> Ep̄ta Pelagianorū cap. 9. quāmuis nisi adiuuante illo, sine quoniam poni-  
mus facere, os non possumus agere, tamen os agerimus illius adiumento, et opere  
nostro, et lib. p<sup>o</sup> ad Simplicianum q. 2. Et uelut inquit, et suum esse uoluit, et  
nobrū suum vocando, nostru sequendo. et lib. de predestinatione sanctorū cap. 3.  
et lib. i. Retract. cap. 23. Utq nobrū est uelle uicel credere, et bonū operari  
propter arbitriū voluntatis, et utrūque tamen datum est per spiritum fidei, et  
charitatis, et cap. 5<sup>o</sup>. Non quia credere, uel non credere non est in arbitrio uolu-  
tais humanae. lib. de spiritu, et littera ad Marcellinū cap. 34. Consentire no-  
cationi, aut non consentire propriū voluntatis est, et lib. de grā, et lib. arbitrio  
cap. 15<sup>o</sup>. Ne autem putetur nihil ibi facere homines per liberum arbitriū, id in  
psal. dicitur; Nolite obdurare corda vestra: Et per Ezechielem dicitur. Reuictate  
omnes iniquitates vestras, et lib. di gratia Christi cap. 14<sup>o</sup> quis non uideat uenire  
quemquam, aut non uenire arbitrio voluntatis, sed hoc arbitriū potest esse solum,  
si non uenit, non autem potest esse nisi adiutū, si uenit. Similia docet tract.

72. in Joannem Ep̄ta 89. q. 2. et Ep̄ta 106. et multis alijs in locis. Denique s. Pro-  
per lib. 2. de uocat-gent. cap. 26. gratia, inquit, Dei in omnibus iustificationibus  
principaliter praeminet, uidendo exhortationibus et. Sed etiam voluntas homini  
sibiungitur ei, atq coniungitur, ut diuino in se cooperetur opere, et incipiat exper-  
cerē ad meritū, quod superno semine concepit ad studiū, et infra. quod a multis  
refutatur ipsoū est nequit; quod autem a multis suscipitur, et gratia est diuina,  
et voluntatis humana, et cap. 3. contra Colatorem. illa Cantiani uerba, Nostrum uero  
est, ut quotidie attrahentem gratiam humiliter subsequamur et. s. Prosper ait  
reue fratre tradita a Cantiano, et sibiungit. Ne putaretur nil superesse quod  
per liberū arbitriū ageretur. tandem ueritatem ceteri Patres docuerūt, ut fuse  
refutat Bellarminus lib. 6<sup>o</sup> de lib. arb. cap. ii. et Stapletonius lib. 4. di iustifi-

catione cap. 3. et alij qui contra Lutherum et Calvini scriptis disquarunt.

### Tertia Propositio.

Hegatio auxiliij efficacis causa est non conuersionis in Deum; quatenus est pura negationis. Hac Bane p<sup>o</sup> parte q. 23. ar. 3<sup>o</sup>. l. 3<sup>o</sup> ad 6<sup>m</sup> argumentum. uers<sup>o</sup>. Pro cuius intelligentia, ubi cum ea ponit verba aperte loquitur de causa etiam ad conuersionem. cum sic dicat. Hibil uerendū est concedere, quod tunc diuinum auxiliū est causa efficacis gratiae, et conuersionis in Deum; ita negatio auxiliij efficacis causa est non conuersionis in Deum. at paullo superius dēm dicitur. uerbis præcedenti propositione addubitis auxiliū efficacē esse causam ad conuersionem et solam conuersionis. Ergo eius negatio apud ipsum est causa adæquata, et non conuersionis.

### Censura.

Hæc propositio minimū est erronea, cum oœs cap. 13. dicenti, Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxiliū tuum, aperte contradicat. oœas. n. non conuersionem, seu perditionem in Israelem refert, tanquam in causam, non aut in negationem auxiliij. Si. n. efficacis auxiliij negatio esset adæquata causa non conuersionis, perditio Eomini in Dei potius voluntatem nolentem illa auxilia gravere, quam in humanam voluntatem creiçienda esset, ut omnis dei posset. Perditio tua ex te Israel, quam perditio tua ex te.

Contradicit etiam Ecclesiastico cap. 13. dicenti, Ne diperis per Deum <sup>ab eis</sup>, stare per Deum, ne homo conuerterebur; si quidem per Deum staret, ne darebatur auxiliū efficacē, cuius negatio causa est non conuersionis in Deum.

Contradicit præterea sanctis Patribus, ut Hilari in psal. 118 in illa verba, Inuictus cor meum Deus, in tribulonia tua, ubi misericordia voluntatis esse dicit epistola præterea se ea, que sunt credentia propria, non consequi, quod sibi a' Deo in terra non fuerint; et hanc nominat impiam excusationem. Contradicit Augustinus

lib. 2º de peccatorum meritis, et remissione cap. 17. presentum ibi, Scio ad correctionem  
 meam pertinere, quod minus abs te adiuverit, et post aliqua. Nullius provide  
 culpa Eumang in Deum referat causam: et lib. 4. confess. cap. ii. maxime in illis  
 verbis. Non deseritur amor, si ipse non deserat. Contradicit Fulgentio lib. pº ad  
 Monim. cap. 28. ex Augustino potissimum eo loco; ut non adiumentur a Deo, in  
 ipsis causa est, non in Deo. Contradicit Prospero 2º de vocat. gent. cap. 19. prae-  
 cipue in illis: secundum eas menturas, quibus Deus donat generalia specialibus  
 noruit cumulare muneribus, ut qui exortes gratias fuerint, de sua nequitia coar-  
 quantur: Et quibus eius lumine enibuerint, non in suo merito, sed in dominis  
 gloriantur; et cap. 26. de volunt. Rom. Sac dicit. De sua habens mutabilitate,  
 si deficit, de gratias opitulatione, si proficit, que opitulatio per inumeros modos,  
 sive occultos, sive manifestos omnibus adhibetur; et quod a multis refutatur,  
 ipsorum est nequitia; quod autem a multis suscipitur, et gratias est diuina, et volunt-  
 tibus Eumang. His plurima alia sanctorum Primum testimonia adiungere supercede,  
 ut breuitati consulam. Huc accedit, quod doctrina illi consentit Eze propositio, quam  
 Eoc potissimum tempore amplectuntur Ezebici, et qua Deo maxime adscribunt omnes  
 culpabiles omissiones; At subiicit (iniquitas) Bannes. Non quatenus conuertio est  
 priuatio. Verum Eze particula eius sententiam errore non liberat, primum quia  
 eodem loco cum negationem auxiliij causam esse non conuertionis affirmaret, sta-  
 bim id explicauit hys verbis. Hor modo dicitur Deus execrare, et indurare, negando  
 illius auxiliij efficaciam, ex qua negatione statim sequitur necessitate consequentia,  
 quod aliquis non conuertatur. Hac ille. Ergo eius sententia est, Deum negando au-  
 xilium efficaciam, causam esse execrationis, et indurationis: quod duo nemini dubium  
 est non ad negationem, sed ad priuationem auxiliij referenda esse; Et ex consequenti  
 fateri debet, Deum causam esse non conuertionis, ut priuatio est. 2º quia contra-  
 dictioinem induxit Sac propositio, Aliquis est causa negationis forma in subiecto,  
 quod illius natura capax est, et tamen non est causa priuationis: Si quidem  
 nemo potest esse causa negationis lucis in aere, quin idem sit causa priuationis eiusdem

et tenebrarū, vel causa negationis uirtus in animali, quin sit causa excedat.  
Nam priuatio, ut perspicuum est, supra negationem addit tantummodo aptiori  
seu debitum in subiecto percipiendi formam, qua qui priuat subiectum eam  
formam trahit natura exigens, is proculdubio dicetur causa priuationis illius.  
Nunc ita urgeamus: Deus ex sententia Barres est causa negationis conuenientis  
in Romine, qui debet illam habere; quod est causa priuationis eiusdem, et  
quidem negatio forma, quae inesse debeat, priuatio est.

#### Quarta Propositio.

Si prouidentia consideretur secundum rationem simpliciter perfecta prouidentia  
includit in se non solum rationem mediocri conuenientiū ad finem, sed  
etiam rationem certe efficacij mediorum ad assequendum finem: quia alias  
imperfecta est prouidentia, et inefficax, et omnia media fuita sunt agens  
ex quo sequitur, quod cum diuina prouidentia sit perfectissima, ad illam per-  
tinet in se, ut sit ratio auctoritatis finis. Ita Barres pro. par. q. 22.  
conclus. pro.

#### Censura

Hae propositione Catholicō viro omnino suspecta esse debet, cum ab Egregiis nostris tem-  
babis usurpetur, tanquam potissimum suorum errorum fundamentum, ut perspicuum  
est ex ijs, quae adfert Thomas, Stapletonius lib. ii. de iustificat. cap. 7. cuius  
ter cetera Eze sunt uerba. Primum negat, scilicet Calvinus, Dei prouidentia  
in sola præscientia, quam obiosam consistere, sed iuxta illam Deū cuncte  
euenter hie moderari, ut non minus ad manus, quam ad oculos illa pertinet;  
id est, non solum præsciendo, sed etiam in destinando illam consistere; ac denique  
in actu locari, non in nuda præscientia. 2o. eos reprehendit, qui Dei prouiden-  
tiam universalem tantum ponunt, qua uidelicet singulares effectus non  
impedirentur, quin iuxta proprias suas causas contingenter, et libere  
euenerint; eos enim dicit docere Dei potentia tantu<sup>m</sup> quam errabica, non

non autem destinatione certa mundum gubernari. 3º ponit ille c. Calvini uidelicet  
 ppter hanc generalem specialem Dei prouidentiam circa singulas creaturas, et actio-  
 nes creaturarum, quod ut aliquo sensu orthodoxum est, ita in sensu Calvini Earetiū  
 est: uult enim hanc specialem prouidentiam destinato ordine, et a definito Dei  
 consilio promanare. 4º addit Calvini Dei prouidentia non solum creaturas ina-  
 nimatas, sed & omnia consilia, et voluntates sic gubernari, ut ad destinatum ab ea  
 scopum recta ferantur. Quo pertinet quod alibi docet, animū humānum po-  
 tris a motione Dei, quam a motione sui arbitrij pendere. Hac Stapletonius,  
 ex Calvino, quas Calvini propositiones cum doctrina Patris Barnes multum colg-  
 cere eand dubium est. Et præterea 3º illud dictum, quod Stapletonius in sensu  
 Calvini Egregium esse affirmat, uidelicet si destinato ordine, et a definito Dei conni-  
 tio promanet, Barnes non tantum affirms, sed etiam pro certo habet cum locis  
 adducendis infra propositione octaua, tum etiam p. par. ig. ar. x. ad 5º uers.  
 Primum est, cum ait, Antecedit operationem nostram liberam diuinae voluntatis  
 certam, et immutabile consilium, sive diuinae prouidentie infallibilis prædefinitio,  
 quem omnem bonam operationem liberam prædefiniuit, ius et omnem operationem  
 quippera licet in quantu bona est. Certe negari non potest multis ex hac eius propositione  
 bono sententiæ deduci errores; Ac primum quidem ex ea deducitur nulla esse auxilia sufficien-  
 tiam quæcumque a Deo ordinata ad finem aliquem consequendum. Et enim si Dei auxilia  
 usurpat, nimis.  
 quod voluntas per finem consequuntur, efficacia, ne dum sufficientia erit, sin minus consequen-  
 tia definitioni, et determinatio dei tur, iam ex Barnes sententia a Dei prouidentia ordinata non erunt. 2º  
 dicitur sententia ex eadem propositione deducitur nullu a Deo datum fuisse Adamo vel mediis  
 meritis, quam uer  
 bis Calvini. Sta vel auxilium sufficiens ad perseverandum in iustitia originali, atq; ita nig  
 pletonius inuidit. Adamu, neq; in Adamo eius posteros a Dei prouidentia ad beatitudinem per  
 dona iustitiae originalis ordinatos fuisse. 3º reprobos omnes sive Angelos, sive  
 homines ad beatitudinem a qua excederint, nunguam a Deo creatos, et ordinatos  
 fuisse, sed eos dum taxat, qui re ipsa salvantur. 4º reprobos in via nulla.



gratia dona accepit, que a divina prouidentia ad eorum beatitudinem fuerit directa. Atq; sine se deducitur eodem nec priuari beatitudine, nec ulla affulsa poena danni, si quidem non est priuatio finis, ubi nulla procedit ordinatio, finem. 6o. Dei prouidentiam ad reprobatorum salutem nullus Christi Domini crucis et merita retulisti, sed solum ad salutem, et beatitudinem predestinationis, qui se ipsa eam consequuntur. Denique ex ea conficitur id, cuius postquam genitum Calvinus, tum Bane, Eane doctrinam inueperit, nempe liberam creaturam voluntatem non posse resistere medio a Dei prouidentia ad aliquem finem, quod aperie est contra multa sacrarum litterarum testimonia, contra concilia Patrum, ut infra propositione septima fuisse ostendam: si enim voluntas restringeret, atq; impediretur medium ab executione finis, iam non esset medium a eius finem a Dei prouidentia relatum: que omnia absurdum sunt, velut particulares propositiones sub illa universalis Dominicis Banes contentio, delicit ad diuinam prouidentiam intrinsecè spectare assecuracionem finium, sine ea prouidentiam perfectam, et diuinam posse constitui.

### Quinta Propositio

Deus ab eterno statuit voluntate, vel absoluta, vel consequenti non dare omnibus supernaturalia auxilia, uidelicet eis, qui revera non erant recepturi. Bane, p. a. parte q. 23. ar. 3. dub. 3. conclus. io. Et ut exptoto illo dubio aperie constat, uniuersè loquitur non solum de auxilio uocationis, sed de omnibus auxiliis, et sufficienti, et efficaci, cum quia generabitim locorum de auxiliis supernaturalibus, quibus omnia, et singula compunduntur, cum quia id probat hæc ratione: In tempore ita res habent quod aliquibus non est datum auxilium supernaturale; g. ita ab eterno Deus statuit non dare illis tale auxilium.

Censura

Hanc propositionem non modo periculum, et offenditum quibus auribus creare, sed etiam causam grabere desperationis, et intermissionis bonorum operum nemo non uidet, et propterea multorum errorum fontem esse, quos Caretici nostri temporis sequuntur. Certe hinc proptera oritur Deum cum omnibus, qui de facto non convertuntur, cum iustis, qui actu non bene operantur, negare sufficiens auxiliu quo convertantur, contra sacram scripturam Presert, et Doctores, qui Deum nemini sufficiens auxiliu denegare, tanquam principium sine controversia certissimum affirmant. atque inde oura eaud dubium est, si quidem voluntate immutabili, et ante praequisitionem determinationis voluntatis humanae statuit Deus non confine illi auxilia supernaturalia, quae necessaria sunt ad conversionem, praeferim illud determinans voluntatem, quod omnino necessarium esse sapientiam affirmat, ut infra constabit propositione octava. sicut enim si nollet Deus produci in oculo species lumen inacte, quae ad uidendum omnino requiruntur, homo non haberet necessitatem ad uidendum, ita si nollet Deus eis hominibus confine auxilia necessaria, praeferim illud determinans voluntatem, quod prorsus necessarium est ad conversionem, et omnem supernaturalem actionem iuxta eius sententiam negatur illi sufficiens auxiliu, cum non minus necessarium sit tale auxiliu ad conversionem, et supernaturales operationes, quam ad uidendum sint lumen, et species. Nam quodlibet aliquid caret aliquo principio necessario ad actum aliquem producendum, nec est in eius potestate illud habere, eo ipso caret principio sufficienti ad illum actum, ut in exemplo proposito perspicuum est. si enim quis sit in loco tenebris, ex quo expire non possit, etiam si habeat uitalem uidendi potentiam, tamen quia caret lumine, et specie, quae ad uidendum necessario requiruntur, dici uero non potest sufficiens habere uidendi principium, cum etiam careat potestate, exponendi ad locum, ubi lumen effulget; quod si Deus absolute voluntate statuit non dare supernaturalia ege auxilia illi, qui se ipsa non erant recepturi,

idq; independenter a præsumptione voluntatis eorum, et eorum voluntas sine his  
auxilijs, et determinatione nullo modo converti potest, aperte efficitur,  
iusmodi homines non habere sufficiens principium ad conversionem, et alia  
operationes supernaturales, præsentim cum in eorum potestate non sit esse auxilium  
et diuinam prædeterminationem habere. Confirmatur ergo nam voluntas qua-  
caret intellectione, non habet sufficiens principiu[m] voluntati, quoniam intellectus  
ad voluntatem est proutus necessaria: ergo si illa auxilia, et Dei prædeterminatio[n]e  
necessaria sunt, quando homo illis caret, eoque Deus ab eterno voluntat[em]  
absoluta statuit ea non confesse, nec determinare voluntatem, voluntas ha-  
bit non poterit principiu[m] sufficiens ad bene, et supernaturaliter operandum  
Confirmatur 2. quia non minus est necessarium iuxta Barres sententiam  
Ere auxilium determinans voluntatem, ut homo se convertat, et supernatu-  
raliter operetur, quam sit necessarius concursus physicus Dei ad motum  
calem creature: sed si Deus statueret independenter a voluntate creatura no-  
dare concursu[m] physicu[m] ad motum localem, tum vere homo caret auxilio  
necessario, nempe concursu Dei necessario requisito ad motum localem: ergo paria  
troneti Deus independenter a voluntate humana denegat auxilium ne  
concursu ad determinationem requisitam ad conversionem, ac supernatura  
actiones, vere homo caret auxilio ad illas necessarios, et principio eam sufficiens  
2. Eius efficitur, ut alia beatitudinis gratia omittam, non esse homini admis-  
sum, quod non convertatur etiam urgente precepto, immo quod maius est  
ei preceptum conversionis in Deum imponi non posse: nam in dominis  
bestate non est posse converti, si quidem in eius potestate non est habere  
necessariu[m] illud auxilium, et prædeterminationem necessariam, nec hu-  
mini adscribi potest quod non convertatur. ut n. Infideles, qui propterea  
peccata contra legem naturalem, priuantur notitia rerum fidei, non

cant

50

cant contra uirtutem fidei, quia cum careant notitia rerum fidei, merito non  
consentur habere principium sufficiens ad credendum: ita etiam peccatores, qui  
carent auxilio dei, et illa necessaria determinatione, non peccabunt contra uir-  
tutem supernaturalem poenitentia, quia illi carentes, non habent sufficiens prin-  
cipium ad eliciendam conuersionem, quare illi adscribi non poterunt quod non con-  
uerteruntur, immo nec poterunt precepto ad conuersionem obligari, aut certe inde effi-  
cietur precepta Dei esse adimplendum impossibilia, contra definitionem Tridentini  
sess. 6. cap. xi. et can. 18. presertim ibi, Nemo temeraria illa, et a fabribus anat-  
mate prohibita uoce ubi debet, Dei precepta ad obseruandum esse impossibilia;  
nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo mouet, cuius mandata graui  
non sunt. quid enim est agere impossibile, ac sine concursu Dei, et efficacia auxi-  
lio divina exequi precepta? Denique inficiari nemo potest ex hac doctrina sequi,  
Eminem prius a Deo deseriri quam ipse deserat Eum: quod aduersabur illis  
Osee 13. Perditio tua ex te Israel, et Eccles. 13. He dixeris; Per Deum <sup>abest</sup> ~~est~~, et de-  
finitione Tridentinae Synodi sess. 6. cap. xi. cuius illa sunt, Deus namq; sua  
gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur: quod loco non  
solum de gratia habituali, sed de quocumq; auxilio gratiae <sup>con*m*</sup> agere, constat ex  
fine, quem <sup>con*m*</sup> in eo capite propositum habuit, quippe adhortari Eminentibus  
ut diuinis legi obtemperarent: Et constat pristerea ex ipsa capituli inscriptione,  
et contextu: q*uod* sane gratiam, seu auxilium neceſſarium nemini Deus negat, pra-  
terquam illi, qui cum antea deseruit. Hoc ipsum confirmant illa cap. 13. eiusdem  
sess. Deus, nisi ipi illius gratiae defuerint, sicut caput opus bonū, ita perficit:  
et quae supra propositione tertia — ex Hilario, Augustino, Fulgentio, et  
Prospero adducta sunt. Videant igitur saecula fidei censores, an hac maior  
aliqua derelictio fingi possit, Deum scilicet ante prouisionem cuiusunque  
determinationis voluntatis nolle Eomini id auxiliū conferre, sine quo homo  
conuerbi non posset, nec bene operari, nec graui tentatione resistire.

## Sexta Propositio

Est hoc sexta propositio de ratione formalis libertatis, eaq<sup>b</sup> denumpca expedem  
Barner p.<sup>o</sup> b.<sup>te</sup> q. ig. ar. x. in solutione ad 3<sup>m</sup>. argumentum, ubi uult ad libe-  
runtatis, et liberum eius utrum nullam requiri indifferentiam potentia-  
operandum, uel non operandum, nec in intellectu, nec in voluntate, sed alio-  
in ipso obiecto extrinseco, uel medio in ordine ad finem, sic. n. docet illud  
ad 3<sup>m</sup>. argumentum uers<sup>o</sup> 3<sup>m</sup>. documentum, et paulo inferiorius obseruam-  
est, ait, quod indifferentiam collocamus in ipso obiecto iudicato, non aut  
opus est, ut in ipso intellectu, uel in actu ipsis indifferentiam esse in-  
telligamus, nec ita multo post uers<sup>o</sup> p.<sup>o</sup> quotiescumq; ait, actus uoluntatis  
oritur ex predicatione radice iudicij semper enim liber. Vnde quicquid ante-  
serit, uel comitabitur, uel supervenient ad actum voluntatis, si non  
collat iudicium illud modij respectu finis, non destruit libertatem op-  
tionis, qua stance definitione actus liber, necesse est actum esse liber.  
Hanc doctrinam tanti facit, ut dicat esse potissimum obseruandam. qua-  
eadem repetit ibidem uers<sup>o</sup>. Sed dices, et uers<sup>o</sup> primū est.

## CENSURA.

Hac propositio magnopere fauet Egregieis nostri temporis, et parvus aut nihil  
distant ab eorum errore, qui negant libertatem in nobis oportitam necesse  
et constitutam voluntatem ad unum determinatam. Nam quod magnopere  
faueat Egregieis nostri temporis, nulli dubium esse potest, qui quid illi su-  
bitant, quid dicant, intelligere voluerint. Et enim nunquam illi nega-  
ut refert Bellaminus lib. 4<sup>o</sup> de libero arb<sup>o</sup> cap. 14. Somines cum aliq;  
agunt, habere plenum, atq; perfectum utrum rationis, ac provide-  
conuquam collunt iudicium illud de medio indifferenti, quo solo pot-

contendit

contendit Banes esse in voluntati libertatem. Haec sunt Kennibij Calviniani  
 apud Stapletoniu lib. 4<sup>o</sup> de Justificatione cap. p<sup>o</sup> verba. Hoc motus, quos Deus ope-  
 ratur in conuertione, non imprimitur in menti et uoluntate, sicut cerea imprimitur  
 sigillu, ne tri operatur gratia, ut conuertio ipsa sit brutum aliquid in homine sine motu  
 et actione aliqua mentis et uoluntatis, nec est violentum aliquid, tunc sapum im-  
 pellitur, negat enim uoluntatum aliquid sicut arbitrij olim reddibant oracula, que  
 nec intelligebant, nec meminerant, sed quia conuertio ipsa est motus quidam, et mu-  
 tatio in mente, et uoluntate, necessarium est ut in vera conuertione sint motus  
 aliqui, et affectiones, quibus incipiunt fieri applicatio quidam uoluntatis, et  
 mentis ad Deum, aliter faber ueretur instrumento inanimato; aliter spiritus  
 Sanctus operatur conuertionem in mente, et uoluntati, facit. n. ut intelligamus  
 et uelimus et. Vult igitur Kennibius perfectum rationis actum in intellectu  
 nostro creperii, nec ullus afferri auctor potest, qui dixerit Euismodi Eretrix  
 negare iudicium illud, et indifferentiam medij, quam Nam Banes ad libertatem  
 sufficere defendit.

quod cum defendit illud etiam defendat necesse est, ne Lutherum, ne Calvinum, ne  
 ceteras Christiane Republice petors in doctrina de arbitrij libertate quiequam  
 laporesse, nihil enim Banes ad libertatem exquirit quod ipsi non ultro concedat  
 Nam quid exquirit Banes? qui non turbulent, inquit, loco superius allato, iu-  
 dicium illud intellectus circa medium respectu finis non destruit libertatem.  
 Immerito igitur Conc<sup>m</sup>. Trident. sess. 6. illorum condemnauit, et Ecclesia coniuersa  
 erraret dum eos in Eae de libertate materia ab Ecclesiis Catholicis doctrina aber-  
 rasse contribuit, nego vero dici potest, ideo volum damnavi quod negant uolun-  
comstat ex propositionibus supra adductis, et infra adducendis. Ideo enim a  
voluntate, indifferentiam excludit in sensu composito, ut Egregii;  
illi displaceat dicitur Deum non esse causam solam, et ad aquatam conuersionem  
ut etiam displaceat Egregii; ideo voluntatem a Deo ad entitatem peccati  
terminari contendit, quod paniter contendunt Egregii.

Hanc doctrinam de determinatione antecedenti voluntatis, seu, ut ipsi dicitur  
predeterminatione, qua posita, voluntas non possit dissentire, aut ab  
operari, esse periculosa; cum Vnde pro consentire, et scandalum Egregii  
continere; et nihil illi consonum in antiquis Ecclesiis Patribus reperiri doctri-  
nabitur. Valentinus lib. p. doctrinalis fidei cap. 25. n. 9. Bellarminus vero in  
peruersigandis, et refellendis Egregiorum erroribus solerit primus, antequam  
controvergia inter me, et dominicum Banes tam acriter disceptaretur libro p.  
libero arb. cap. 12. &c. Hae opinio, de hac Banes sententia pronunciauit. Haec  
opinio videatur mihi aut esse omnino eadem cum errore Calvini, et Lutheri  
nouum; aut parum ab illo distare: et lib. 4. de libero arb. cap. 14. postquam  
tendit eandem sententiam reprehendere sacra scriptura, et testimonij Patrum  
multaq; absurdia ex ea deduci ad finem illius, capitulo 5. Denique, Sententia  
inquit, que ponit predeterminationem istam in voluntate, non videatur  
posse distinguere a sententia Egregiorum negantium liberum arbitrium, nisi quoad nou-  
quare, ut alios erroris prætermittam, qui ex hac doctrina deducuntur, quos pa-  
trum censuis præcedentibus refutavi, partim sequentibus refellam. Sic tamen  
demonstrabo ex hac physica voluntatis determinatione sequi libertatem nobis  
voluntatis funditus exerciti, nam libertas constituit in indifferentia ad oper-  
andum, vel non operandum, ut agentes colligitur ex tacitis litteris, conciliis, Patribus

sup<sup>a</sup>

supra propositione b.<sup>a</sup> commemoratis; et ipse Barnes facetur p.<sup>a</sup> parte q. 4<sup>i</sup>. ar. 2<sup>o</sup> dub. 2<sup>o</sup> dicto 3<sup>o</sup> in probatione contra Scobum ex omnium sapientum sententia. Sed eae determinatio tollit illam indifferentiam libertatis, cum determinatio sit omnino opposita indifferentiae: g.<sup>o</sup> tollit libertatem.

Confirmatur nam voluntas, posita illa determinatione, non potest non operari, nec potest facere, ne ponatur illa determinatio, ut Barnes ipse concedit: g.<sup>o</sup> omnino non potest non operari, sed necessario operari debet. Consequentia probatur, tum quia d. Vno: 3<sup>a</sup>. p.<sup>te</sup> q. 18. ar. 4<sup>o</sup>. ad 3<sup>m</sup>. ex eo probat libertatem voluntatis Christi, quod licet enet determinata ad bonum, non tamen erat determinata ad hoc, vel illud bonum: ubi agit significat, ut voluntas libere operetur, debere operari tunc determinatione procedenti, ac proinde cum indifferentia ad hoc, vel illud bonum; tum etiam quia ipse Barnes p.<sup>a</sup>. p.<sup>te</sup> q. 14. ar. 13<sup>o</sup> docet, quod si voluntas enet totaliter determinata a scientia Dei, nullus enet status libertatis, et q. 18. ar. p.<sup>o</sup>. dicto p.<sup>o</sup> simili ratione, utib[us] contra Scobum, uidelicet si Deus operaretur necessitate natura, tunc nullam fore in rebus libertatem, ubi ex illa suppositione antecedenti, quod Deus operaretur necessitate natura, infit necessario in voluntate non fore facultatem, qua aliter operaretur, atq[ue] ita necessario operari debere: g.<sup>o</sup> pars ratione ex illa suppositione totaliter determinationis antecedentis diuini concursu, qua voluntas ad unum determinatur, colligi necesse est, non esse in voluntate ullam indifferentiam, nec liberam facultatem aliter operandi, licet enim liberum sit deo ponere talam determinationem in voluntate creata, creata tamen voluntati id liberum non est, cum nec in eius potestate sit efficere, ut efficax determinatio diuini concursus detur, vel non detur, quemadmodum concedunt aduersarij, nec in eius potestate sit disiungere consequens, scilicet operari, ab antecedente, quod est illa efficax determinatio: ergo si antecedens, nimirum illa determinatio, nullo modo est in nostra potestate, negant consequens, uidelicet opari, cum illa posita, voluntas non possit non operari, ac proinde illa operatio

non erit libera.

Confirmatur præterea, quia quando voluntas operatur necessarium ex suppositione antecedenti, quæ nullo modo à voluntati dependet, non operatur liberè, præterea suppositio sit intrinseca, sed huiusmodi est efficacis motio, et determinatio di concursus: quod tollit utrum liberum voluntatis. Maior est doctrina Anselmi licet Deus homo cap. 18. et de concordia prædestinationis cap. pro et 2o. ubi cap. distinguit duas necessitates, alteram præcedentem, quæ facit rem esse, alteram vero sequentem, quæ ex libera voluntati descendit: atque hanc posterioremodum non esse contrariam libertati, cum ex ipsa libertate procedat: illam vero ipsam necessitatem, quæ rem præcedit contrariam esse ait libertati: et ideo cap. ad modum ait bona prædestinationata non evenire ex necessitate, quæ præcedit rem, sed ex ea, quæ aem sequitur; et rationem reddit, quia illa facit Deus non cogendo voluntatem, sed illam in sua potestati dimittendo. quam turiam Anselmi indicat d. Thos. pro parte q. 82. ar. pro, et fuisse explicat. physicon lecc. ix. Albertus pro pro te sumus tract. is. q. 61. memb. 5o. et in dist. 39. ar. 4o. et dist. q. 5. ar. 13. Aletius pro pro parte q. 24. memb. 5o. et communis scholasticon sententia colligitur ex Augustinus lib. 5o de C*iu*nitate, cap. 10., atque epistola Patribus ut refert, et optimè explicat vnauidentis in doctrinali fidei cap. 25. Ex quibus constat necessitatem operandi, quæ accedit operationem et consentium voluntatis, etiam in sensu compotito esse contrariam rationi libertatis, quod explicari facile potest manifestis exemplis amoris. quo Beati diligunt Deum, propterea non est liber, quia licet orbum habeat ex potentia naturali libera, et amante Deum motu spontaneo, tamen necessariò ex suppositione antecedenti rationi dei, quod necessitas operandi in voluntate ex suppositione antecedenti impedit potest rationi libertatis, quando sursum ex suppositione, quæ non gendet à libertate, iusmodi proculdubio est suppositio determinationis efficacis concursus di-

cum antecedat consentum voluntatis, et ab eius libertate non dependeat. Postea  
 quia si Deus vult necessitate voluntatem ad operandum, quod facere potest,  
 ut supponit D. Thomas p<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 6. ar. 4<sup>o</sup>. et docet q. 22. de veritate ar. 8<sup>o</sup> in  
 corpore, et Scotus in 4<sup>o</sup>. dist. 49. q. 6. s. dico ergo, et alij scholastici in 2<sup>o</sup>. dist. 15.  
 Tunc certe ea necessitas impedit actualem eorum libertatis, ita ut consentus  
 ex tali necessitate elicitur, liber non esset, id est volum, quia ouiretur necess.  
 ex supposit<sup>e</sup> antecedente diuina determinatis independentis a voluntate; q.  
 Si re ipsa voluntas ex suppositione antecedentis motionis, et determinationis  
 diuina consentit, necessitas inde vita impedit usum libertatis, ita ut operatio eo mo-  
 do elicita non sit libera. Quare optimè D. Tho: illa q<sup>a</sup>. 22. de veritate ar. 8.  
 cum diperpetrat voluntati posse a Deo necessitatem inferri, addidit id debere fieri  
 per inclinationem, ex qua voluntas ex necessitate moueretur, sicut, inquit, con-  
 trahit in beatis, nam quando forma superaddita non est usquequaque perfecta,  
 sicut in viatoribus, tunc voluntas inclinatur quidem, sed non ex necessitate.  
 putauit g<sup>o</sup> D. Thomas, quod si voluntas inclinaretur ex necessitate ab aliqua  
 forma, eius libertas tolleretur, igitur necessitas operandi ex forma antecedenti;  
 et que non pondet a libertate, contraria est eorum libertatis.

Hec instantia, quis adduci volent ad probandum necessitatem ex suppositione, seu in  
 sensu composito, non impedit libertatem sicut alicuius momenti, contra ea, quae  
 diximus. Volum. n. ostendit necessitatem in sensu composito, et ex suppositione  
 dependenti a voluntati, vel aliquo modo involuente aut recipiente liberum  
 eius consenti non esse impedimento libertati, quia necessitas ex huiusmodi  
 suppositione dependence a libertate intrinsecè supponit liberam debemi-  
 nationem voluntatis, et ideo illam non potest euertere. Huiusmodi autem est  
 illa necessitas, qua necesse est fieri omnia, quae diuina scientia representat,  
 tanguam futura, vel in diuinis litteris reuelata sunt. Scientia enim ex  
 propria sua ratione supponit obiectum esse futuru, et voluntatem libere

esse operaburam. quare necessitas, quae intelligitur ex supposita tali-  
entia, necessitas est consequens, si quidem supponit obiectum suum quo  
dependens est a determinatione voluntatis. nam, ut combat exp commun-  
Patum sententia, non quia aliquid scitur a Deo, futurum est; sed contra po-  
quia futurum est, cognoscitur a Deo futurum esse, ut docent Hieronymus dial.  
contra Pelagianos Hieremiq. 2b. et Ezechiel 2°. Chrysost. Comil. 60. in Matth.  
Origenes lib. 7°. in caput p. ad Romanos, et lib. 2° contra Celsum pag. 78.  
Dialog. contra Manicheos. Justinius q. 58. Grillas lib. 9° in Joannem cap.  
Aug. lib. 5° de Cruxitate dei cap. 10. Beda q. 13. e uarijs. et alij: quorum  
verba rebuli in nostra concordia disput. 50. circa ar. 13. q. 14. Sancti  
quos Patres sequuntur sunt feri omnes scholastici in p. dist. 38. Alemanni p.  
q. 32. membr. 3. et Abulensis Josue ii. q. 76. ad medium, et Matth. 18.  
qui eodem modo docet praeuentiam non tollere libertatem, quia suppon-  
operationem, non procedit.

Ex quo quis aperte conitat non habere esse, ut necessitas non tollat libertatem. ex  
sensi composito, aut ex suppositione, si quidem aliqua suppositio libertate  
cuerit, ut ex dictis manifestum est. et certe Calvinus, et alij Erebus nihil  
aliud voluerunt, nisi ex suppositione diuina motionis, et in sensu composito u-  
luncatem illi nec dissentire, nec refragari posse, atq. ideo necessitari, ut pa-  
ex verbis Calvini, que supra rebulimus: quibus similia refert ex Luther  
Offensio ar. 36. contra Lutserum, Hobij, inquit Lutserus, ad inferna specta-  
tibus res apparent arbitrariz, sed ad superna spectantibus omnia sunt ne-  
cessaria, quia non timent nos, sed timent <sup>ille</sup> nunc, ita uidentur, facimus, patimur  
omnes, et omnia. Requiritur ergo, ut suppositio sit dependens a voluntate  
ab ita necessitas ex illa procedens sit consequens. nam antecedens cum sit  
independens a voluntate, etiam in sensu composito contraria est libertat  
quod uel ipse Barnes fatetur p. g. te q. 14. ar. 13. uer. Pro Eius voluntate

intelligentia col. 325. in editione Romana ann. 1584. cum ait; quid prodest, quod  
 mea voluntas absolute, et secundum suam naturam considerava. Eabeat liber-  
 tam ad legendum, uel non legendum eras, si supposita scientia Dei de selectione  
 eras futura, non potest non legere, sed est totaliter determinata ad legendum:  
 quia revera iuxta hunc sententiam voluntas nunguam ubi virtus libertate, et  
 ex consequenti nullus effetus est liber. Ergo cum voluntas humana ex  
 suppositione diuina motionis, et determinationis efficacis Dei, ex sententia  
 ipsius Barri, non potest non operari, nec possit in sensu composito dissentire,  
 nullus eius actus erit liber. quid enim prodest, ut ipse riguit, quod voluntas  
 absolute sit libera, si posita efficaci motione Dei, est totaliter determinata ita,  
 ut non possit non consentire, nec possit illi dissentire? que enim potest esse liber-  
 tas, aut electio, ubi una tantum pars est concessa? ut recte dixit ante mille  
 annos Ennodius ad Constantium apud Taurianum lib. 4<sup>o</sup> pro Epistola Pontificij  
 cap. 2<sup>o</sup> quare Concil. Nic<sup>m</sup> sess. 6. cap. 5. et can. 4, ut hanc totalem determi-  
 nationem excluderet, posita etiam motione Dei, definit voluntatem posse  
 dissentire, et illam abjecere. Neg<sup>r</sup> Soc<sup>e</sup> est contra efficaciam diuina motionis, cum  
 non proveniat ex impotentia, sed potius ex sapientia, prouidentia, et uolun-  
 tate ipsius primi motoris, qui, quamvis voluntas possit non consentire, et dissen-  
 tire, efficaciter facit, ut voluntas infallibiliter consentiat. nec repugnat perse  
 et absolute posita Dei motione, non moueri voluntatem illo actu, seu motu libero  
 consentiendi, ad quem talis motio dirigitur, nam quae ad hoc non sunt correlativa  
 mouere, et moueri, quando una motio comparatur ad aliud actum, et non  
 tantum, ut via ad terminum. quo modo loquitur est Augustinus, cum dixit  
 eum, qui sic moveatur, non posse non sentire motionem posse autem non con-  
 sentire.

Deniq<sup>ue</sup> huc Barri sententia contraria esse videburi sacris litteris, concilij, et patribus: et  
 in primis sacris litteris aduersari probatur ex illis Ecclesias. Deus ab initio constituit

Eominem, et reliquit illum in manu contili⁹ sui: et infra: Apponit tibi aqua-  
gnem: ad quod uolueris, ponige manum. <sup>ante</sup> Eominem uita, et mors; bonū, et  
quod placuerit ei, dabitur illi. at si Deus omnes actiones efficaciter determina-  
bit, ut illi determinationi resistere non posset, quomodo dicit potest reliqui  
Eominem in manu contili⁹ sui? id enim in alicuius potestate reliquitur,  
liberum est, illud facere, uel non facere: quod uerba sequentia aperte declarat.  
Ad quod uolueris, ponige manum tuam, vocet, siue ad ignem, siue ad aqua-  
siue ad bonum, siue ad malum, liberum tibi est, determinare: ex te ad malum  
ad bonum cum auxilio gratiz. alioquin deuī recte non posset; Ad quod uolueris  
ponige manū tuam, sed potius dicendum erat; Ad quodcumq; uoluerit, et de-  
minauerit te Deus: si quidem ad id dumtaxat ex sententia Barnei manum  
Eomo ponigere.

Lectio Natt. ii. illi uerbis: Si in Tyro, et Sydone facte fuissent uirtutes,  
facte sunt in nobis, olim in uiuere, et ciliis poenitentiam egissent. Chi-  
exemplo Tyriou, ac Sydoniorū adducet, grauiter Iudeorū obiurgat: at si  
uina motio voluntatem ita determinans, necessaria est ad conuersionem,  
docet Barnei, quam iustam illorū accusandi causam xp̄is habere potest, cum  
illis tamen aperte correspondere possent, ut ex efficaci determinatione substituti  
quantumvis alijs signis excitarentur, a suis sceleribus recipisci non posse  
eam uero efficacem determinationem si acciperent, que in ipsorum potesta  
non erat, illisq; poenitentiam acturos. Atq; <sup>B</sup> Eorum excusatione omnis  
exprobationis ex causa conueret, et tamen Maureotis, tunc capi-  
exprobare illis ciuitatis, in quibus factae sunt plurim⁹ virtutes, eius, qu  
non egissent poenit <sup>am</sup>. Similiter quis esse potest diuinis illis querelis locis  
Proverb. i. vocari, et renuens Is. 5. quid ultra debui facere vix⁹  
et non feci. Ozech. 3. Matt. 23. Ad Rom. 2. et alijs serpentis in locis, cum  
efficaci illa dei motione, et determinatione substituti se ad Deum conuer-

non possent, quam neque in sua potestate habuisse Pedagogica ueritas, neque ea a deo tremotos fuisse, ipsa eorum in sceleribus obduratio declarauit! Denique n. ad Cor. 6. ait Paul. exhortamus, ne in vacuum Dei gratiam recipias. atque exhortatio aperte supponit dona gratiae, quae in homine sunt ante consentum, posse recipi in vacuum, hoc est, sine fructu bona operationis. at gratia, quae efficaciter determinat voluntatem ad consentendum, non potest recipi in vacuum: q. non et nescire, ut gratia, qua homo bene operatur, determinet ita voluntatem, ut in vacuum recipi non possit, nec ab illa homo ualeat disentrie.

Est etiam contraria concilii. Iudic. sess. 6. cap. 5. et can. 4. uerbi adducti propositione precedenti, quibus aperte docet, posita qualibet dei motione, et inspiratione, et deo actu tangente cor hominis, et homine illam recipiente, posse hominis voluntatem illam abieciere, et ab illa disentrie. ergo certum exhibimat per illam non determinari omnino voluntatem, sed remanere indifferentem: quod idem probat locus concilij Senonensis adductus propositione precedente, et omnes patres, quos ibidem citavimus. quibus possumus addere Damascenum lib. i. de fide orthod. cap. 8., ubi si antiquorem uersionem sequamur volum ait Deum omnia, quae non in nostra potestate sunt prædeterminare, et lib. 2. cap. ult., cuius uerba refert D. Thom: i. p. q. 23. ar. i. arg<sup>to</sup> i. antiquam etiam uersionem scribitur, si ait, Omnia præcognosuit Deus; non autem omnia prædeterminat: præcognoscit enim ea, quae in nobis sunt, non autem prædeterminat. Idem docet Damascenus dialogo contra Manicheos non longe a fine; uult q. Damascenus Deum non prædeterminare nostram voluntatem ad unam partem, sed eam indifferentem relinquare. Anselmus libro de concordia prædeterminationis, et liberi arbitrij cap. 2<sup>o</sup> in quo docet, quando quis uigebur mortis periculo, ut in aliquod peccatum consentiat, non necessitate voluntatem, quia sua voluntas determinat, quid teneat. at cum tam gravis tentatio sine gratia criminis non posset, aperte sentit Anselmus eam gratiam in uo-

luntate ponitam non pre-determinare voluntatem, sed illi locum dare, ut se de-  
minet. Hoc ipsum manifeste docent illi Patres, qui <sup>cum</sup> gratia prouenient  
ad illustrationes, inspirationes, quas voluntatis affectiones, atque suavitatem,  
alio*rum* cuiusmodi actus reuocant, quae omnia a glypticā determinatione di-  
longissime. Ex his sunt Patres Concilij Niceni, qui sess. 6. cap. 5. et can. 3. et 4.  
uenientem dei gratiam per vocationem, illuminationem, et inspirationem e-  
ponunt, sequenti Patres Concilij Acautianī can. 5. ibi. Per gratias donum,  
per inspirationem spiritus Sancti. et can. 7. ibi. Illuminatione, et inspira-  
tione spiritus Sancti. et Celestium Papam Epistola ad Episcopos Gallie presentim ibi  
boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangat corda fidelium  
que verba sunt Episcoporum Africæ in Epistola quadam ad Zoticum, in qua  
explicabant illa scriptarum verba. Preparatur voluntas a Domino; et Augustinus  
qui in vocatione gratiam prouenientem constituit lib. de spiritu, et lib.  
cap. 34. et lib. 2. ad Simplicianū q. 2. et lib. i. de Predestinatione sanctorum  
cap. 8. et q. 1. et lib. 83<sup>m</sup>. q. 1<sup>m</sup>. q. 68. Similia docet idem Augustinus tra-  
ct. vi Joann. et ceterum de verbis apostoli; et lib. de bono perseverantie cap.  
et sapientia. Cuiuslibet 4. in Joannem in illa verba, omnis qui audit a  
Patre, et didicit, venit ad me. S. Prosper lib. 2. de vocatione Gentium cap.  
alias q. illis verbis. Gratia dei in omnibus iustificationibus principaliter  
præminet euadendo exhortationibus, monendo exempli, tenendo periculi  
metando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, ergo ipsius in-  
minando, et fidei affectionibus inibiendo. Et lib. contra Collaborem non lo-  
cū principis, ubi per delectationem explicat, trahi voluntatem a Deo, seu  
Augustinus lib. 2. de genitorū meritis et remissione cap. 17. et tract. 2.  
in Joannem, ubi sane suavitatem, et delectationem, quae deus ad se afficit  
lumbas, eleganter exponit, hec etiam Fulgentius lib. p. ad Monimum. Deni  
Bernardus tract. de gratia, et lib. arb. p. presentim ibi; Iusta, nempe gratia, li-

excitat

excitat arbitrium, cum seminat cogitatum, sanat, <sup>cum</sup> immutat affectum, roborat, ut perducat ad actum, et quae sequuntur. Nec nullus Latum est, qui illius determinationis voluntatis, qua potita dissentire non possit, mentionem fecerit ad explicandas vires gratia pugnientis, et excitantis. Ex scholasticis scriptum docent omnes illi, quos adduxi propositione precedenti ad probandum, et iam potita diuina motione, post liberum arbitrium illi dissentire, et resistere. eo enim ipso aperit affirmant voluntatem, etiam potita tali motione, indifferentem esse, nec determinata ad unam partem dumtaxat. Postea ex Thomistis, Eusebio Bane, determinationi aperi contradicunt (caetanus p. p. quest. 4. q. 14. ar. 13. uers. 1). Nec sustinendus est Scotus, et q. ig. ar. 3. ad argumenta Scotti, ubi puerilem esse sentiu existimat, propositionem illam, qua secunda causa dicatur agere, in quantum mota a p. explicare de aliqua motione ordine naturae precedente; (apreolus 2. dist. 25. q. p. ar. 3. Ad p. Henrici contra 2<sup>am</sup> conclusionem Sanctus Antoninus p. p. tit. 4. c. 7. q. 5. Ferrariensis p. contra Gentis cap. 67. q. Ad prium igitur Scotti, et alijs locis adductis propositione precedenti.

Ex alijs scholasticis idem sentiunt Scotus 2. dist. 37. q. unica s. ad solutionem istow, et 4. dist. 49. q. 6. q. & trius ergo, Et Gabriel 2. dist. 37. q. p. ar. p. Notabili p. qui docent libertatem impediri, si ab aliqua precedenti causa determinatur ad consentiendum: quod idem docent Odam p. dist. 38. quest. p. littera I. Andreas a Castro nouo p. dist. 32. q. 5. et 6. Egregie Abulensis in caput ig. Matthei qu. 175. Antonius a Corduba lib. p. questionarij q. 55. dubia in 6<sup>a</sup> Responione notab. 2. Catelinus opusculo de præscientia Dei cap. ult. Bellarminus lib. de gratia, et lib. arb. cap. 12. ubi ait, contrariam sententiam parum, aut nihil distare ab enore Alruini, et lutheranoru. Et certe uix reperiatur Auctor Bane antiquior, qui affimet, Dei motionem voluntatem ita predeterminare, ut dissentire non possit. Quare nolum superest ostendere sane sententiam esse d. Romae, quod non nolum colligi potest ex eo, quod eius preceptor, Albertus Magnus, et Alexander Alensis, egregius eius discipulus Egidius Columna, atq. eius sectatores

Hervagius, Capreolus, Gaetanus, Ferrariensis, Sotius locis adductis. Eae proportiones  
et precedentib; et multi alijs recentiores amplectuntur, sed etiam ex expressis  
a Romo, nam I<sup>us</sup> Thomas p<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup> q. 9. ar. 6. ad 3<sup>m</sup>. Deus, inquit, mouet uolu-  
tatem, sicut universalis motor, et hinc eae universalis motione, Homo non potest  
aliquid velle: sed Homo per rationem determinat se ad volendum hoc, uel illud  
quod est uerè bonum, uel apparent bonum. Ergo ex sententia dicitur: Homo de-  
terminat te, ac proinde non determinatur a deo aliqua predeterminatione  
antecedenti, etiam tamen ab illo exciteatur: quod clarius docet q. 10. ar. 4. verbis  
adductis proportione precedenti, et 2<sup>a</sup> dist. 25. q. p. ar. p. ad 3<sup>m</sup>. ubi sic ai-  
Deus operatur in omnibus, ita tamen, quod in uno quog secundum eius con-  
ditionem: unde in cibis naturalibus operatur, sicut ministrans virtus  
agendi, et sicut determinans naturam ad talē actionem; In libero au-  
arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi tibi ministret, et ipso operante  
liberum arbitriū agat, sed tamen determinatio actionis in potestate liberi  
arbitrii constituitur: Unde remaneat tibi dominium tuū aib; et quid dicis  
tuū apōius ad nostrā sententiam confirmandam, et contrariam aadi-  
cuellendam? quare pretermitti malis alijs d. Romo locis, volum eoc obser-  
vare ex varijs eius principijs, et sententijs, quae nullo pacto cum platica, et anti-  
cedentiā Banne, determinatione correre possunt; Nam tamen si uia modi dete-  
nationem antecedentem, qua uidunt ibi causas omnes liberas, et contingentes  
premoneri a deo ad tuos effectus, d. Thomas agnouisset, nihil laboraret in  
explicando, qua ratione infallibilis in deo sit scientia futuronū conting-  
tium; Nec ad coexistētiā aevi omnium in eternitate p. p. q. i. 4. ar.  
et saepe alias configisset, que difficulter est explicatu.

Præterea hi eādem gradeterminationes efficaces donobant, non disimpinset di-  
uinam uoluntatem ex Damasco. 2<sup>a</sup> de fide cap. 29. in Antecedentem,  
consequētiā, ut fecit p. p. q. i. 4. ar. 6. ad p. et passim alias. Nam uolu-

antecedens, quam docet posse non impedi, quia non fertur in effectum cum omnibus  
circumstantijs coagere non potest cum cuiusmodi determinatione efficaci, cui semper,  
et infallibiliter determinatus effectus adlegat. Nec erat cur praemissa distinctione actus  
voluntatis in primū, et sequentes, doceret voluntatem nostram in p̄t actu moueri a Deo;  
in reliquis vero morere se ipsam, ut docet 2<sup>a</sup>. 2<sup>e</sup>. q. 9<sup>a</sup>. ar. 3. et 4. et q. iii. art. 2<sup>o</sup>. et  
q. iog. ar. 2<sup>o</sup>. ad p<sup>um</sup>. et alibi sape. Nam potita adversariorum prædeterminationis, vo-  
luntas non tantum ad primum, sed ad omnes actus reliquos mouetur a Deo, nec unq;  
se ipsam determinat, sed semper prædeterminatur a Deo.

Ad hęc 3<sup>o</sup> contra Gent. c. 70. minime dixisset eundem effectum produci tum a Deo, tum  
ab inferiori agente, verum ab utroque immediate. Nam media esset illa prædetermi-  
nationis ratione cuius Deus immediate ageret in causam inferiorum potius, quam in  
effectum. Hęc 3<sup>o</sup> cont. Gent. cap. 66. ratione 1<sup>o</sup> docuit secunda agentia deter-  
minare actionem primi agentis illi; verbi, secunda agentia sunt, quasi particu-  
lares, et determinantes actionem p̄i agentis.

Deniz q. 6<sup>a</sup> de veritate ar. 3<sup>o</sup>. Non erat, cur pro explicanda certitudine prædestinat.  
configuraret ad auxilia, et administrulae a Deo paratae prædestinatis, quibus ij in-  
fallibiliter vel alicuius illorum consentiant, expelua prædefinitione cuiuslibet actus  
in particulari. Si. n. ait; Invenimus ordinem respectualicius dupliciter:  
vnomodo, in quantum una causa singularis producit effectum suū ex ordine  
divini prouidentie: alio modo, quando ex concurso causarū multarū contingentiu,  
et deficere possibilium peruenitur ad unum effectum, quam unam quamq; Deus  
ordinat ad consecutionem effectus loco eius, que deficit, vel ne altera deficiat.  
Rem explicat exemplo, et subdit, et hoc modo est in prædestinatione; liberum enim  
arbitrium defiri potest a salute; tamen n̄ eo, quem Deus prædestinat tot admi-  
nistrula preparat, quod vel non eadat, <sup>vel</sup> si eadat, quod detingat, tunc exhorta-  
tiones, et suffragia orationum, donū gratiæ vel alia decipienda, quibus adminis-  
tratur homini ad salutem. Enī Thomas omnijs p̄sonis, sed oī adiunctionis officiis

ad posteriorem recurrat, ut arbitrij libertatem cum predeterminationis certitudine conciliandi predeterminationem efficacem cuiuslibet actus agnouisset, pretermisso postberi qui est omnino superfluvius, postea illa predeterminatione, priorem modum amplius probatur erat. Ego nunc sint satis multa alia in nostra concordia, et in Comentariis in p. pte. 5. Rome facile legi possunt.

### XII. Propositio

Deus predeterminat efficaciter voluntatem ad actum peccati secundum entitatem, vel  
materiale. Defendit proponem eam Mag. Barnes Salmanticus, ut ostendatur Salmanticum  
omni tam doctori, tam Scholarici, qui sage cum eam ille defenderebat, interfuerunt, quia  
eam impugnare viderunt inter conclusiones typis expugnat Salmanticus 7. xmbrii ann. 1594  
quos et operas fuerit exhibebimus. conclus. 2. g. 3. Ego habentur.

Futura contingencia est certo, et infallibiliter cognoscuntur a Deo in determinata. etiam tunc ut  
talis, qua absolute, et ante præfigitionem operum predeterminavit quod substantiam, ex-  
julas, circumstantias, particularias omnes actus liberos supernaturalem, et naturalem, ini-  
venit quod eorum materiale. Et tamen aliter dicere non potuit, nisi secum pugnare  
uellet, quia cum alibi ratiōne tam vero, p. te. q. i. 4. ar. 13. dub. u. l. sub finem solvit  
argumenti uero. Ad hoc respondetur, Nulla causa et inquit, potest operari, nisi sit  
efficaciter determinata; Similis paulo ruperies habet uero. Hartenius explicavit  
et voluntas quando dicit actus peccati, cum sit da 2. et q. i. 9. ar. 10. dub. p.  
circa solutionem si argum. ti uero. Primum est, ait, diuina prævidentia infallibili  
definitio, quia omnem bonam operationem liberam predeterminavit, immo et omnem op-  
erationem, in quantum bona est. addit. hoc, ne malas operationes excludere videntur  
tamen et igitur, quia ratione sunt entitatis, quodam modo sunt essentiali. seu trun-  
cata, et conditata sanitatis, erg. 23. ar. 3. dub. 2. post conclus. 2. am. ver. Ep. Eae doctrina  
intervenit sed istud ei respondebit, ut explicet, quo facto in sua sententia bona sit voluntas deinde  
intervenit. et hanc sufficiens causa actus odij Dei, ratione cuius voluntas creata, est ita

a Deo determinata ad illum actum, mala est. Hec ab eo dissentunt alij Patres Dominicanii, qui  
 Eam eius sententiam in alijs Conclusionibus typis item exceptis sic expresserunt, ut materiale  
 peccati secundum quod entitas quaedam realis est, ab ipso deo producatur, et ad hoc voluntas  
 a Deo prædeterminetur non tamen, ut materiale peccati est & Deniq; ceteris intollerabilius  
 f. Petrus de Herrera Salmantinus in suo tractatu de auxiliis p. p. q. ig. dub. 8. Ego  
 autem est assere, Deus auxilio intrinsecus efficaci pro quo, et prædeterminante inclinat  
 voluntatem ad substantiam actus intrinsecum malum, quicquid ipsa voluntas se deter-  
 minet, et ad illum inclinat, conuerit, et trahit a voluntatis nobis; et Histimilia.

### CENSURA.

**D**octrina huius propositionis videtur esse erronea, et nihil disgregare ab Egretiorum doctorum  
 qui asserunt Deum esse causam peccati, negant illi quidem Deum peccare; negant etiam  
 Deum esse causam, ut nos peccemus, ut ex ipsissimiis eorum verbis ostendit Bellarmine  
 lib. 2. de stat. peccat. cap. 2. et sequent. Verum cum afferant Deum mouere hominem  
 ad actum peccati, unde opinio ab Eccles. damnantur, tanquam afferentes Deum esse cau-  
 sam peccati; nam quo facto inficiari hoc poterit, qui illud afferat? certe Ecclesie; que in  
 his prædictis ceteris spiritibus. Iure non debitur, nung. eos hoc nomine condemnari  
 si illi posito negari hoc possint. Et sane si quis solo consilio ad actionem invitatus, que  
 sine peccato effici non potest, causa peccati est, et dicitur, qua ratione effugiet,  
 quin Deum dicat esse causam peccati, cum ti posuerit scientem, voluntem vero, et p. p.  
 his influxu efficaciter prædeterminare voluntatem ad actus, qui peccata sunt? h. i.  
 Jacobi p. uel eos solum nomine uorosquis dicitur tentari a concupiscentia sua  
 abstracta, et illeous, quod ea solum allicit voluntatem ad eliciendam uolitionem  
 boni delectabilis, ad quod ipsa propendet; qua ratione inficiabitur potius ratione  
 a Deo oportari hominem, cuius voluntatem ad eandem eiusdem obiecti uolitionem  
 efficaciter determinat! quod certe ibi Jacobus dixerit negat, cum riguit; Ipse  
 scilicet Deus, neminem tentat. Et quidem haec efficaci prædeterminationi potius

nulla rabbio afferi potest, cur non multo magis ad peccatum voluntatem mo-  
**C**odus, quam diabolus. Ric enim ad <sup>con-</sup>sum alicit proponendo rationem obiecti dele-  
at vero Deus, ut Barthes ipse concedit, efficaciter, et Igitur predeterminando vo-  
luntatem ad volitionem eiusdem obiecti, eaque vi, ac efficacitati, cui resistere vo-  
lens non posse. Eoc autem maius omnino est, quam proponendo rationes alii  
adde ergo omnia magis urgere sententiam Barthes p. 2. p. 4. q. 48. ar. p. et q. 49. a.  
Explicat enim rationem formalem peccati esse positivam: q. si Deus prem-  
et determinat voluntatem ad omnem rationem positivam, quae est in peccato  
v. g. in odio Dei, eo ipso promovet, et determinat ad malitiam, quae iux-  
tius sententiam rabbio quicquam positiva est. Denique sane dei predefinitione  
et predeterminatione, qui auferre velit, peccata tollat necesse est. negem  
corrigere illa possunt. Deum voluntari aboluta, et immutabiliter predefine  
Petrus habeat aeternum odij Dei, et Petrum in eo aeterni peccare, nam profecto eo ip-  
quo quis ad diuinam se voluntatem componit, eamq; exequitur, peccare in  
ratione potest.

**C**ontra sane sententiam plurimae episcoparii litteris, Concilij, et Patribus colliguntur  
dissens. lib. p. doctrinalis fidei a cap. 23. Speculator. ar. 7. Bellarmius, toto fere lib.  
de causa peccati, et Gregorius de Valencia tom. 2. Theolog. discept. 6. q. 9. punct.  
Sagletonius, et multi alij. Solum duo referam conciliorum decreta; unum fr.  
lii Arantianum can. vlt. in Ego verba; Aliquod ad malum diuina potestate  
debetinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum mala  
credere velint, cum omni detestatione in illis Anathema dicimus. q. nullius  
voluntatem ad malum peccati promouen, aut predeterminari, aut predeterminari  
ex definitione Concilij Arantianum aperte deducitur: Alterum Concilij Quid.  
cess. 6. can. 6. Si quis diperit non esse in potestate Domini, vias suas mala  
facere, sed mala opera ita, ut bona Deum operari, non permisere solum, sed etiam  
proprie, et per se, adeo, ut sit proprium eius opus non minus proditio Iudee, quam  
cabrio

63

cacio Pauli, anathema fit. In quo decreto expoenenda sunt in primis illa quora  
verba, esse in potestate dominus vias tuas malas facere. quomodo enim in potestate  
domini erit via tua malas facere, si ad illas prædeterminatur a Deo, cum non sit  
in eius potestate diuina determinatio? Deinde perpendenda sunt verba illa, Mala  
opera; ex quibus constat concilii non tantum agere de malitia operum formaliter,  
sed etiam de ipsis malis operibus, que proprie non dicuntur, nisi actus ipsi reales,  
qui a voluntate sunt præsertim in Banes sententia de ratione formalis pec-  
cati positiva. Et certe concilii. Ego definire volui contra huius temporis Egri-  
ticos, qui non dicunt Deum per se directe intendere, aut operari formale peccati,  
sed uolitionem ipsam malam ad eam præmonendo, uel efficaciter prædeterminando  
voluntatem. Præterea ponderari oportet illa etiam verba, Non solum per-  
missio, sed etiam proprie, et perse; Si enim deus sua voluntate mouet, et  
prædeterminat ad actum peccati, qua ratione dicit poterit talum actum non  
esse proprie, ac perse a deo, aut esse solum permissione, cum sit expositiva  
prædeterminatione, et præmonitione Dei?

### Decima Propositio

In Iustificatione Iesu contributio, quæ est dispositio ad gratiam, et satisfactio quodam  
iustitiae speciali; virtutis pro offensa contra Deum commissa, et non solum pro  
peccatis purgatorij. Verba ergo sumpta sunt ex Banes p. a parte q. c. i. sub finem; qui-  
bus non obsecrare concedit peccatorum per contributionem, quare disponit ad gratiam,  
satisfacere ex iustitia pro culpa mortali, et poena eterna.

### Censura.

Et Ego propositio contra Paulum, qui ad Romanos 3. et 5. ad Eples. 2. f. 3. et cap*e*  
alias disserit absunt dominum iustificari gratijs, et remissionem peccati non esse  
ex operibus, nam profecto si ei, qui contributionem habet, ex debito Iustitiae

Deus peccata condonat, iam non gratis, sed ex suis met operibus, et ex iuris  
dicendum est iustificari. Est etiam contra Patres, qui in Dei misericordia  
referunt, quod per poenitentiam peccata dimittat. Legatur Chrysostom. Eom.  
in Genesim, et Eom. 2<sup>a</sup> in posteriorem ad Corin. et Epistola 5<sup>a</sup> ad Theodosium  
Capitulum, et deniq; Eom. 80. ad populum Antiochenum, in qua postoralia Legi  
reliquit; Ex Domini clementia, ne tuq; confidas poenitentia tua nam  
nitentia tanta negavit peccata delere: si sola foret poenitentia, iure tim  
sed potquam cum poenitentia comisetur Dei misericordia, confide. Aug.  
Enchiridion cap. 65. lib. de vera, et falsa poenitentia cap. 3<sup>o</sup>. Hieronymus Ep.  
46; Concilii Francofurtiensis Epistola ad Episcopos Hispanie; Ambrosius p<sup>o</sup> de po  
nitentia cap. 4<sup>o</sup>. Fulgentius Epistola 7<sup>a</sup> cap. 7<sup>o</sup>, alijs quamplurimi apud Su  
com. in 3<sup>o</sup> partem D. Romae disput. 4. sent. ii. dic. 2<sup>o</sup>: at si ex debito Ju  
big iustificatur is, qui contritionem habet, ut Banes opinatur, dici non  
iustificari gratis, et ex misericordia, ut Paul. et Pries assertunt, neque em  
gratis id remitti potest, pro quo ex iustitia quis satisfecit: nam tempore  
poena pro qua ex iustitia satisfact iustus, non aliam ob causam di  
negavit gratis remitti, nichil quia nequeunt illa duo coniungi, ut illud in  
gratis remitti dicatur, pro quo ex iustitia satisfact. Et sane cum dispositio  
sumiam gratiam, et remissionem peccati sit ab Eomine, ut nondum grat  
ne libero a peccatis non potest esse tanti, ut ex iustitia Deo satisfaciat  
quare merito Bartol. Medina 3<sup>o</sup> p<sup>o</sup> t<sup>e</sup> q<sup>o</sup> p<sup>o</sup> ar. 2. d<sup>o</sup> 2. conclus. 8<sup>o</sup> adm  
Eane sentiam docet esse contra D. Paulum, et contrarium definitam  
Com. Meliss. Araufiano, et Trid<sup>m</sup> contra Pelagium, et ex ea Banes sentent  
evidenti ratione sigui consequens quodam plane Greekū ut Med. hinc docet  
demonstrat.

Commentarij,

Ex Commentariis in 2<sup>am</sup> ad 2<sup>am</sup> Roma 70

qua de meritis iustorum pluribus locis docuit Dominicus Barnes,  
ea simul coniunxi, ac sequentibus propositionibus comprobavi  
plexus sum, tam ut facilius ea, qua desperata dicta

Sunt, uno quasi obtutu perspici possent, tam ut  
molesta earundem aerum repetitio uitaretur

1<sup>a</sup> Propositio. Non retribuit Deus iustis in Cœlo tantam gloriam essentialē, quantum  
ip̄i meruerūt de condigno suis bonis operib⁹, sed longe minorem.

2<sup>a</sup> Propos. Propter plura merita condigna, in quibus iustus perseverat usq; ad mortem, non  
dabitur maior gratia, aut gloria essentialis in Cœlo, neg erit quisquam sanctior pro-  
pter plura merita, quam propter pauciora eisdem intensionis.

3<sup>a</sup> Propos. Multa merita iustorum manent unrenumeratae proprio, et essentiali premo-  
ris debito, abs nova eocundem iustoru⁹ culpare.

4<sup>a</sup> Propos. Ex diuturna perseverantia, et continuatione operis meritorij non crescit  
meritum, neg arguitur gratia, vel gloria essentialis in Cœlo, sed tantum meretur  
qui per totum omnium instans diligit Deum, quantum is, qui per plures horas, imo  
per totam vitam Deum continuo diligeret cum eadem intentione.

5<sup>a</sup> Propos. Qui post innumera peccata ad Deum convertitur in articulo mortis, per actū  
sanctitatis ut decem ager sanctis, et beatos erit, atque ille, qui per totam vitam  
manit in gratia, et observatione mandatorij Dei, multiplicando innumenib⁹ actus  
intensos ut decem.

6<sup>a</sup> Propos. Actus fidei, spei, religionis, poenitē, misericordia, et alias virtutum mo-  
ralium a charitate imperati nullū speciab⁹ gradum gratiae, vel gloria essentialis  
merentur, mater eum, qui respondet actui charitatis, per quem imperantur, neg  
per illos dabitur maior gloria essentialis, quam alias daretur propter actum cha-  
ritatis ex quo imperantur.

7. Propos. Omnia alia bona opera aliari virtutum, prater caritatem, sunt ap-  
plicatae ad effectum merendi virtutis eternam et augmentum gratiae, et gloriae esse.

8. Propos. Santi meriti est agere Deum dare potius aquae pauperi, quanti funde-  
ranguinem pro Christo, si utrumque opus procedat ex actu charitatis aquae inter-


9. Propos. Similiter non erit maioris meriti agere Deum virginitas, quam coniug-  
i in ordine ad gloriam essentialiem, neq; voluntaria paupertas, et perfectio stat-  
religionis erit maioris meriti respectu gloriae essentialis, quam opulenta, et  
eularis vita: et eadem ratione non erit magis meritorium credore, aut sperare  
in Deum, quam comedere propter ipsum, si omnia sint paria, ex parte intenti-  
onis actus charitatis imperantis opera predicta.

10. Propos. Mensura adiquata gloriae essentialis danda iustis, ut premiu[m] suu-  
operii, erit unicus actus a charitate elicitus cum maiori intenti- quam omnes aliij:  
reliquis bonis operibus tam elicitis, quam imperatis a charitate, qua iustus es-  
t in tota uita, nihil amplius dabatur gratia, vel gloria essentialis, quam si ea  
nudem modum non ferinet, sed tamen unicam illum actu[m] intentiorem elicuisse in tota vita.

Ostenditur has Proposites esse Dominiciani Banes.

Has omnes proposites non solum in publicis electionibus, ac disputationibus quotiescum-  
offeruntur, ulio, ac libenter dat suis adversariis Dominici Banes, sed etiam ipsis  
fieri gratibus nos eas possumus terminis docet in suis commentarijs in 2<sup>am</sup> 2<sup>o</sup> D.  
q. 24. ar. 6. dub. 2. 3. 4. et 5. et in selectione de augmento charitatis, et m-  
icholij, qua ad selectionem Victoria attinguit. Et in primis dub. 2. concl. 3<sup>a</sup> di-  
vidit in duas per actus remittens a charitate elicitos meriti iusti uere et proprie, Eccest de-  
conigne, incrementis gratiae nec charitatis, atq; adeo gloria essentialis, sed con-  
subiungit, si iustus moratur cum illis meritis remittens, antequam prouulpa-  
in actu charitatis intentiorem, Etabitu praepostenbo, non dabitur ei illud au-

mentu



mentum gratia et gloria essentialis quod si meruerat g. ponit in hoc casu remanere  
 illam merita ab ipso remuneratione propria et speciali premio ipsius debito, et non dari  
 nisi alioquin illis iusto totam illam gloriam quam meruerat per illos actus remissos, sed longe mi-  
 nus. Tamen neq; dari tunc maiorem gloriam propter plura illa merita remissa, quod docet  
 tres priores propositiones. Praterea dub. 5. conclus. 3. et 4. etenim modo loquitur de  
 operibus ceteris a caritate impetratis quo de actibus remissis ab eadem elicibus  
 locutus fuerat, et ceteris omnia opera virtutum moralium, tum infusarum, tum aequi-  
 sitarum profecta ex actu charitatis intenso seu remissis, et propriè mereri aug-  
 mentum gratia et gloria essentialis, nunquam uocari in hoc augmentum, nisi accenserit  
 actus charitatis intentione quam sit habitus praecistens, quo solo actu crescit gratia,  
 et gloria essentialis et tantum crescit quantum eius actus intentionem habi-  
 tus praecistens excedit. Quod etiam expresse docet hic author dub. 4. illius ar. 6.  
 ut hunc sit hunc autorem iusto denegare quemlibet gradum gratiae et gloria  
 essentialis ob merita remissa, et ob merita bonorum operum factarum ex imperio cha-  
 ritatis, nec sive operibus, aut virtutibus plus tribueret gloriam essentialiem, quam  
 si nūquiam extiterent, et conicu illum actu intentionem, nisi iustus eliciat. Et tota  
 uita, ergo tres illas priores propositiones aperiuntur docet, quas in eius doctrina notauimus,  
 sed longe clarius affirmat quod 4<sup>a</sup> propositione continetur in illo dub. 3. conclus. 2. in  
 qua disertis verbis profitetur iustum quantius continuet actu dilectionis diuine  
 ex charitate, cum eadem intentione, qua cepit non mereri maius incrementum gratiae  
 et charitatis, uel etiam gloria essentialis quam per uniuersitatem instans in eo actu  
 perdurauerit. De sc̄a certe propositione nullus est potest dubitandi locus, eam ab aliis  
 qua ratione dipinximus, affirmari nam dub. 2. solore ad sc̄. et clarius dub. 3. et sc̄. cuius  
 conclusione id unum inquit intendere, quod quantius iustus multiplicauerit bona  
 opera, eas continuauerit. Itamen nūquid ducere actus charitatis intentionem erga  
 Deum, non recipiet intensius lumen gloria quam magis, ac perfectius uideat Deum.

ac ex conseq[ue]nti non erit beatior: inten[si]ue. Jam uera bam amam amam et gam proposi-  
tradicibam s. paulo post conclusionem 3. ubi agerit propria*ctus* uirtutu*m* cum i-  
sariu*m* aequitatu*m* a charitate impetrato*m* merito*m* iustu*m* uere*m*; ac proprie*m* in-  
mentum gratia*m* et gloria*m* essentialis*m* et se ipsum explicans subiungit. Non e-  
st intelligendu*m* quod istis operibus debeat[ur] aliud premiu*m* esentiale, seu alia qua-  
ntitas merita*m* quam actus charitatis ex quo inperantur. nam uerissimu*m* putat actu-  
aliaru*m* uirtutu*m* a charitate ex propriatione nullam includere rationem m-  
eriti, quod spectat ad premium essentialis*m* sed idam charitatem esse totalem,  
et ad qualiam rationem meritoria uita eterna et augmenti illius, reliqua  
meritoria in eos pares esse inter se quod ex nulla caru*m* taliasmodi rati-  
onibam meriti derumitur. quare in Thesibam quas anno 1589 publice disputandas  
ponit Salmantico*m*, ac typis expediet se prius dixerit atque idem uerbis asseruit  
esse minoris meriti dare potum aqua fugida pro xpo*m*, quam pro eodem fun-  
tanguinem h*ab* utique pari charitate fiat. quod etiam in finia selectione de au-  
